

AVICENNAE

QVARTA FEN PRIMI libri de uniuersali ratione medendi: nunc primum. M. Iacob mantini medici hebrei: opera latinitate donata.



M D  XXX



ANDREE GRITI SERENIS. AC EXCELLEN. VENETIARVM PRINCIPI IACOB MANTINVS HEBREVS SECVNDAM OPTAT FORTVNAM.

INter eos q̃ hactenus Arabice de medica arte scripsere. Serenissime Priceps. clarissima oium cõfessiõe. Primus Auicẽnæ gloriæ locus attributus ẽ. Nã licet: q̃ cõposuit ab antiquioribus: pfertim græcis copiosissime: ornatissimeqꝫ tradita fuerit: ea tñ oia doctissimus ipse felici breuitate. in mirificũ redegit ordinẽ, ita, ut eo docẽte multo facilius q̃ aliis oĩbus: ea q̃ ad medẽdi rõnẽ ptinẽt pcipi ualeãt. Quare uelut lege q̃dã sãcitũ ẽ, ut ĩ publicis gymnasiis Auic. opa maxima aĩoꝝ satisfactiõe legant̃. eiusqꝫ libri plurimos expositores habuerint: qđ nõ itĩ dẽ cæteris obtigisse uidemus. Sed qm̃ Auicẽna in scribẽdo gentilitio ac sibi peculiari. Arabico idiomate usus est. quod a latinis hoĩbus: nõ ita facile comparatur. eius operum traductio maximis ac multis erroribus scatet. quos Andreas Belunensis etatis nostræ medicus insignis & Arabica latinaqꝫ lĩgua pariter eruditus: ma

gna ex parte laudabiliter emendauerit, alie/
no tamen ſemine campum penitus expurgare
non potuit, ſed adhuc plura relicta ſunt quæ
ueluti nebula quadam ueritatem lectionis ob
ducant. Quáobrem ego qui nihil magis pro/
prium hominis eſſe ſemper exiſtimauerim, q̃
quoquo modo uniuerſis utilitatem conferre
mortalibus, Quemadmodum pleraq; in ua/
riis facultatibus ex hebraico in latinum ſermo
nem conuerti, ita nunc aliquos Auicennæ cõ/
mẽtarios aggreſſus, eos maculis omnibus emẽ
datos ac quo ad fieri poſſit, abſolutiſſimos latĩ
nitate donatos, tanq̃ euidens animi mei indi/
cium legentibus offerre decreui. Qui poſtq̃
meam cum aliorum interpretationibus com/
parauerint quid mihi debeant ipſi uiderint.
Cum autem tres potiſſimum Auicennæ par//
tes in gymnaſiis publice legantur, uidelicet
prima pars primi libri, quæ prima fen primĩ
dicitur, & quarta, quæ quarta fen primi nun/
cupatur ac prima pars quarti libri, quæ prima
fen quarti appellatur ea omnia in latiná ora/
tionem uertere proponens, à quarta fen pri/
mi libri interpretari exorſus ſum: quia hæc
pars maiorem cæteris in uniuerſali meden/
di arte utilitatem afferre uidetur & hanc prĩ
mo in lucem edere uolui. Mox autem annu/
ente deo optio max. ad reliquas expediendas

accingar. Cum uero oēs fere q aliqđ litterari/um opus in lucē edere meditātur alicuius pa/trocinio comēdatū emittāt. Idem mihi facere cogitāti, tua uere serenitas occurrit, quæ tanta est, ut quascūq; animi tenebras atq; perturba tiones solo intuitu discutere ualeat, Quando ea te pulchritudīe ac dignitate corporis exor/nari cōtigit: ut nemo te conspectior hactenus impasse credat, cui animi pulchritudo, tum prudētia, tū cōsilii maturitate ut effectus ipsi pbāt, ac oīum moralium uirtutū pbitas equæ rñdet. Tibiq; potissimū duabus de causis hāc editionē nostrā deberi arbitror: uel qa uro flo rentissimo studio patauino à puero fuerim semper addictus: nūc uero pcipue ob egregiā eorū eruditionē q ibi publice profitentur: uel qm̄ Respub. cui tu merito præsides iustius an tiqoribus pponēda q̄ recētioribus cōparanda ita de me iā merita ē, ut oīa illi debeā: omnia optē. Ne uero in dicēdo sim plixior q̄ ipsa res postulare uidet. Has pnceps illustriss. tuo no/mini dicatas elucubratōes suscipe tuaq; si op⁹ fuerit auctoritate defende. Nō quod eas te di gnas existimē, Sed ut mea tibi mens aliqñ ma/nifesta fieret: q̄ publice, ac puatim huic ciuitati p uiribus inseruire pposuit, Nec tñ gratū ideo tibi minus me futurū spero, cū q quod potest dat, oīa dedisse censeri debeat. Vale.

FEN QVARTA PRIMI LIBRI AVICENNAE IACOBO MANTINO HEBREO MEDICO INTERPRETE.

¶ Fen quarta de rationum medendi diuisione. 31. capitibus distincta.

¶ Caput primum fen quarte: sermo uniuersalis de medendi ratione.

CVRATIONEM aliquo triũ perfici dicimus, uel regimine & ipso uictu uel medicaminum usu, aũt manus artificio (quod chirurgia appellať) intelligo aũt p regimẽ usum causarũ necessariarũ, que iam iuxta cõmunem consuetudinem enumeratæ sunt: in qbus uictus ipse cõtinetur: Iudicia autem regiminis si eorum qualitatem spectes, similia plane sũt medicaminũ iudiciis. Verum inter hæc, ipsa uictus ratio quoad quantitatẽ iudicia sibi propria habet: nam quandoq; alimentum tollimus, quandoq; minuimus, nõ nunq̃ equamus; & interdũ augemus, auferẽ

in totum alimentum, cum medicus cupit na/
turam uacare humorum coctioni. Minuitur
ubi studet ut uires alimento conseruẽtur, et tũ
uirium curam habet. Vel fortasse minuitur ut
materiæ prospiciatur, ne scilicet natura sit cir/
ca nutrimenti multitudinem impedita. Inte/
rim tamen semper cure sit id quod magis ur/
get, ut quod prestãtius sit, nempe. uires ipse,
præsertim si admodũ imbecilles fuerint. Cæ/
terum alimentum dupliciter minuitur, quan/
titate, aut qualitate, aut si liceat tertium ex his
duobus cõstituere modum, potes. Interest au/
tẽ inter quantitatem, et qualitatem, quoniã
interdum alimentum est multum in quantita
te, parum nutriens tamen, ut sunt olera & fru/
ctus. Multiplicare enim hæc, est, multiplicare
quantitatem alimenti non eius qualitatẽ. Et
quandoq; alimentum est exiguum in quanti/
tate multum tamen quoad nutritionẽ, ut sunt
oua et testes pullorum gallinaceorũ. Nos aũt
quandoq; qualitatem minuere, quantitatem
uero augere cogimur, ut cum appetitus ad
cibum uehemens fuerit, & in uenis humores
crudi fuerint, ubi nos huiusmodi appetentiã
replendo uentriculum, sedare curamus, illũ/
q; humorẽ exuperãtẽ a uenis arcere, ut si quid
est in eis primo concoquant, aliisq; rationi/
bus preter has id facimus. Nonnunq̃ etiam

qualitatem augere: quantitatem uero minuere debemus: ut cum uires roborare cupimus: sed ipsa natura uentriculi imbecillior reddit: ut ad cócoctionem pleniorem. se ualidam red dere nequeat. Minorare autem uel auferre alimentum querimus. cum morbos acutos curamus. Nam etsi in diuturnioribus uictũ quoq; minuamus; minus tamẽ q̃ in acutis: qm̃ uires magis obseruamus in morbis diuturnis. cum horũ iudiciũ ac uigorẽ: satis distare nõ ignoremus. q nisi fieret. nequaq̃ posset usq; ad tẽpus iudicii uirtus cõseruari: nec durãte diu tẽpore concoctionis: concoquere quidẽ posset. At acutorũ morborũ iudiciũ propinquũ est: ita ut ante eoꝝ uigorẽ uires ad modũ dissolui nõ dubitemus. Vel si id timuerimus. non tamen usq; adeo alimentum minuemus. Cũq; egritudo ꝓpinquior fuerit prĩcipio: casusq; mitiores fuerint: tunc egrum alemus. his quæ uires fouẽt. Sed quando egritudo processerit increscẽdo. casusq; ipsi augescere ceperint: tunc alimentũ minuemus: tum quia in nostro precedenti uictu: iam intrepide cõfidimus: tum etiam ut tẽpore quo uirtus certat: eã exoneremus. In uigore autem consistendi: uictum in extremo attenuare studebimus: & quanto morbus acutior eiusq; iudicium propinquius fuerit: tãto uictũ magis attenuabimus: nisi aliq̃ supuene

rint causæ.quæ nos id agere impediant : ut in particulari nostra cōmentatione id a nobis ex plicabitur: Alimentum insuper ea ratione qua alit:duo alia habet officia:nempe uel quod ci to penetrat ut uinum.uel tarde : ut assata : & tosta:ad hæc aut quod id quoq; sanguis quod ex eo generatᶜ:est crasse ac tenacis substātie:ut est alimentum carnis porcinæ & uitulinæ:aut tenue & facile.aptum dissolui.ut est id quod ficubus uinoq; constat.alimento igitur quod cito penetrat indigemus:cum uitalem uirtutē deficientem:subleuare:eamq; excitare deside ramus: ubi uentriculus aut uirtus non perfici unt concoctionē cibi tarde concoctionis;caue bimus autē cibū concoctu facilē:ubi contingat precessisse alimentum tarde cōcoctionis:timē dum enim est:ne illi admisceatur & ad illum. modum iam prius nobis expositum res reuer tatᶜ.A crasso uero abstinebimus ubi metus im pendet de obstructionum aduētu: alimentum tamen ualidissime nutritionis tardeq; conco ctionis eligimus.ubi quempiam roborare eū q; ualidis exercitatiōibus tradere cupimus:sed leue preeligimus alimentum ei:qui in meatu um obstructionem facile incurrit.

Vsus autem medicaminum tres continet re gulas : prima in eligenda qualitate ipsius medicaminis consistit : uidelicet uel calidi uel

frigidi uel humidi uel sicci: Secunda in quantitate deligenda: quæ quidem bifariam diuiditur: nempe uel in mẽsuram ponderis eius: uel in metiendam eius qualitatem. hoc est gradũ caloris aut frigoris eius aut alterius id genus. Tertia autem consideratio est ipse ordo temporis eius: dirigit itaq; nos ad qualitatem medicaminis simpliciter eligendam cognitio generis morbi. qm̃ cognita egritudinis qualitate eligendum est medicamentum illi sua qualitate contrarium: cum morbus suo curetur contrario: sanitas uero suo simili seruetur. At mẽsura quantitatis eius iuxta illos duos modos simul: cognoscitur: coniectura artificiosa: ex mẽbri natura magnitudíeq; morbi & ex his quæ sua cõuenientia. seu similitudine. id significãt quæ quidem sunt maris ac femine differẽtia, ætates, consuetudo: tempus anni: & regio: & ars: & robur & habitus corporis atq; color. Ad cognitionem autem nature mẽbri q̃tuor sunt cognoscẽda. nempe membri tẽperatura: eiusq; formatio: positus: uiresq; ipsius. cognita. n. naturalis membri temperatura simul cũ morbose temperaturæ magnitudine: coniectura prorsus cognoscetur quantum quis recedat a suo naturali temperamẽto. ut sciatur quo nã indigeat ut sibi restituatur: ut gratia exempli si salubre temperamentũ alicuius frigidũ fue/

rit : morbus uero calidus. tunc is a sua tempe/ratura. magno distat recessu: magnaq; indigebit refrigeratione : q; si utrũq; calidum fuerit: exigua refrigeratio satis erit. Cæterum quod ad formationem ipsius particulæ attinet. iam nobis dictum est: quot res in se includat: quare recurratur ad eum locum. Hoc tamen te scire licet: aliquod eẽ membrum quod ex sui formatiõe habet tam intra se q̃ extra faciles mea/tus. unde tenui ac mediocri medicamĩe: excrementum expellitur: aliquod uero aliud nõ ita se habet : quo fit: ut ualentius exigat medicamen. Est & aliud fungosum : aliud uero densum. Rarum autem: tenue medicamen desiderat. densum uero ualidiori indiget. Membra præterea quæ ualidius medicamen postulant. sunt: quæ ex neutra parte cauitatem aut intercapedinem habent: minus autem: quæ in altera tantum parte. Præterea minus quæ in utraq; parte conceptaculum obtinent: sed sunt dẽsæ astrictæq; substãtiæ: ut renes. minus iterum quod utrinq; habet concauitatem: & est rare substantiæ ut pulmo.

Per situm uero ut nosti intelligimus uel locum. uel consensum: notitia igitur communicationis membri : tunc quidem maxime tibi conducit. cum aliquod medicamen ad aliquam partem trahere : aut reducere decreue/

ris ueluti causa excepli ubi materia in gibbosa parte iecinoris consederit, eam urina, ubi uero in caua, aluo euacuabimus: quoniam gibbosa epatis pars cum membris urinæ, et eius concaua cum intestinis communicationem habent.

Notitia uero loci tripliciter opem fert primo quidem uicinitate uel distantia ipsius: nam si propinquus fuerit locus ut stomachus modica medicamenta ad eum peruenient in eundẽ q; agent. Sed si remotus ut pulmo uis ꝑfecto medicamentorũ mediocrium remittetur anteq̃ ad eum pertingent idcirco multo ualentiora pro eo requirũtur præsidia. At si uicina fuerit particula quam medicamentum pertigerit: tunc tanta debet esse uis illius medicamenti quanta morbo sit opposita. Sed si situs longius absit, ita ut si id medicamentũ eo penetrare debeat magnã uim penetratiuã req̃rat, tunc plus æquo uim medicamenti augere oportebit, ut in emplastro coxendicis et cæteris aliis id genus fieri solet.

Secundo uero notitia eorum quæ admisceri debent medicamentis: ut cito ad membrum perueniant ueluti in medicamentis membrorum urine admiscentur quæ urinam cient in cordialibus uero crocus.

Tertio deniq; ut sciatur quomodo ipsi mem bro admouendum sit medicamen ut gratia exempli. Si ulcus in inferioribus intestinis insidere scierimus tum illud clysteri pertigimus ꝙ si in supremis id esse cõiecerimus tunc per ea que bibuntur.

Nõnũq̃ adhuc obseruare locum & consensũ simul sũmopere cõducet ueluti cum materia iam perfecte fluxerit ad membrum quid nam agere nos cõuenit ubi uero materia adhuc flu it quid iterum nos agere deceat nam si adhuc fluat eam a suo auertemus loco: quatuor ta men conditionibus prius consideratis.

Pria est ad ptẽ oppositã auersiõ quã antispa sin græci dicunt, ut cũ ex dextra ad leuã reuel limus ptẽ, sursũq; ab his que infra sũt & cõtra.

Secundo si consensum seruaueris, ut mensib9 confertim erumpentibus, eos quidem sistes, si magnas cucurbitas sub mãmis defixeris tanq̃ ad affinem locum reuocans.

Tertio pars e regione sita inspicienda est ut cũ in iocinoris affectibus uenã brachii dextri in ternã (quã basilicam appellant) incidimus in lienis uero sinistram.

Quarto distantia animaduertẽda est ne ad lo cum nimis uicinum reuocemus. At cum mate ria iam fluxerit utrũq; horum conducit, nem pe quia ab ipso membro eam excipimus, aut

ad uicinam sociamq; particulam reuocamus, & ab illa eam extrahimus ueluti in affectibus uteri uenam malleoli(saphenam uocant)incidimus,eā uero quæ sub līgua ē in affectibus utriusq; tonsillæ,seu glandule gutturis quas duas amigdalas uocant.
At cū ad contrarium locū reuellere desideras primo qdem dolorem illius particulæ à qua retrahitur mitiga,animaduerteq; ne trāsitus fiat per membrum nobile.
Notitia preterea uirium mēbri tripliciter cōfert.Primo quidem inspicere oportet an nobile sit & princeps,nā in his nō debemus uti quoad fieri potest fortibus medicaminib9 qm̄ uniuersum lederemus corpus. Nec quod ex cerebro aut epate euacuare oportet haud q̄q̄ semel euacuabimus,neq; uehementer omnino infrigidabimus.Porro cū medicamina dissoluentia epati emplastris superimponere uelimus,nequaq̄ talia apponamus nisi admixtis secū astringētibus odoratis ut uirtus custodiatur itidē agendū est in his quæ potu ad id damus.Cor uero inter cetera membra maxime obseruandum quod ad hoc attinet mox cerebrum deinde epar.
Secundo membrū quod habet cōmune officium animaduersione dignū est,etsi nō sit principale ut uentriculus & pulmo idcirco uentri

culo existenti imbecilli in feb. uero non licet aquã ualde frigidam potu dare. Nec te latere uelim ꝙ apponere super membra principalia & quæ eis uicina sunt medicamina exquisite mollientia magnum periculum uite afferat. Tertio sensus acumen eiusq́ꝫ hebetudo haud quaq̃ negligenda est nam apponere medicamenta uitiose qualitatis & mordicantia atq́ꝫ nocua ut elateria & id genus alia super membra neruea quæ sensus acumen habent cauendum. Tria adhuc sunt genera medicamentorum a quibus abstinẽdũ est nempe uel quæ dissoluunt uel quæ extreme infrigidant uel quæ oppositas habẽt qualitates ut erugo eris & cerusa & plumbũ & es ustum & his similia hæc inq̃ est distinctio electionis medicamenti assumpti ex natura membri. Ad magnitudinẽ autem morbi reuertẽdũ est quicũq́ꝫ igitur gratia exempli calorem morbosum sui corporis habuerit extingui quidẽ debet frigidiori medicamento. Si uero frigiditas accidentalis eius ualida fuerit calidiori medicamẽto calefacere oportebit. ꝙ si neutrum eorum ualidum fuerit sufficit nobis medicamentum minus ualidum.

Id uero quod ad tempus morbi attinet scire licet in quonam temporum morbus sit ut

exempli causa si abscessus fuerit in suo princi/ pio admouenda sunt quæ repellant tantum. Sed si in uigore suo constiterit. quæ tantum dissoluant:in medio autem istorum tempo// rum permiscenda hæc sunt. Quod si morbus acutus inter initia fuerit tunc modice regi// men attenuabimus.

In consistentia uero extreme uictus attenuan/ dus est. At si morbus diuturnior fuerit tum te/ nui uictu initio non utemur. apud statum ue/ ro modico uictu uti licet:& si complures mor bi diuturni:preter febres:uictu tenui soluan// tur. itidem cũ materia egritudinis multa fue/ rit eiusq; caliditas multa:tũc in principio eua/ cuare conuenit:nec concoctionem expectabi/ mus. q; si mediocris fuerit concoquere ac eua/ cuare conueniet.

Indicia autem à rerum conuenientia seu si// militudine sumpta: facile poteris cognoscere: ex quarum genere est aer. qui quidem maxi/ me considerandus est curationi ne. an morbo uim afferat. Porro egritudines periculosæ in quibus si debita utamur mora ac minoratio/ ne seu alleuiatione : nec adhuc simus in tuto de uirtutis deliquio : tunc primo a forti cura/ tiõe incipere cõsentaneũ esse dicimus: q; si nul lũ est in eis periculũ. tunc sensim ad fortiorem

procedendũ est:si leuior non suffecerit. Caue præterea ne ab eo quod conuenit agere decli/nes quamuis impressio tardauerit.ne persistas in errore aliquo & si eius nocumentũ non ap/paruerit:nihilominus non permaneas in uni/co remedio in eadem curatione. Sed ad aliud pertranseas. Quoniã corpus non afficitur à re consueta. Quodlibet præterea corpus quodli/betq; mẽbrum imo idem corpus idemq; mẽ/brũ. in diuersis temporibus proprietatem ha/bet. ut possit ab aliquo remedio affici ab ali/quo uero nõ. Cũq; ignoraueris morbũ cõmit/te eum naturæ:nec pcipitanter agas:qm̃ uel ip/sa natura morbum euincet;uel mõstrabit. Cæ/terũ ubi morbus coniunctus fuerit dolori aut causę doloris uel inferenti dolorem. ut est uul/nus uel casus. tũc à mitigãtibus dolorẽ ĩchoã/dum est. Et cum usu soporificorum ĩdigueris: ne pertranseas quale est papauer:cum hoc enĩ quod soporificam uim habet. familiare est. ꝙ si ex uehementi sensu membri ledatur. alatur his quæ sanguinem multo crassiorem reddũt. ut frumentum coctum. At si infrigidationem non uerearis. cibetur rebus frigidis ut est lactu/ca & id genus alia.

Porro scias ꝙ inter cætera remedia optimum est recurrere ad id quod uires tum animales tũ uitales ualidas reddat. ut letitia & occursus

rei grate

rei grate,& iugiter uti his quibus gaudio affi citur immo fortasse iuuabit assidua consuetu/ do cũ uiris ꝑstantiss.& cũ his quos reueretur prohibet.n.ægrotũ a rebus q̃ nocẽt ei. Proxi/ mum aũt huic generi remediorũ est transser/ ri de regione in regionẽ: & de aere in aerẽ: & de habitibus in alios habitus transmutari & oĩ uti conatu ut habitus atq; motus exerceat qui bus mẽbrũ æquetur aut alicui tꝑamento resti/ tuatur ut cũ cogimus puerũ strabum inspicere obliquæ in rẽ splendidã & qui habet torturã faciei inspicere speculũ calibis. Sic.n.faciẽ suã æquare conabitur,atq; oculos ita ut fortasse ta li solertia reducetur ad correctionem.

Inter cætera ꝑterea quantũ poteris cauere de/ bes,ne remediis uehementibus tꝑe nõ cõmo/ do ueluti ne magna solutione alui uel uomi/ tu et abscessuũ aptiõe et ustione, quã cauteriũ græci uocãt,tẽpore æstatis et hiemis utaris.Id uero quod in curationibus eximiã reqrit con/ sideratiõẽ est ubi in eodem morbo duo con/ currunt q̃ contraria exigant ut si gratia exem pli ipsa egritudo aliquid exigat cuius contra/ rium tñ eius cã expetit ut est ipsa febris pituito sa.Hæc.n. ratione sui caloris refrigeratiõẽ ra tione uero materiæ,que ẽ causa feb.calefactio/ nem desiderat, et contra itidem ubi morbus calefactionem & eius accidens infrigidationẽ

postulat ut materia doloris intestini coli quæ quidem calefacientia aut discutientia uel attenuantia exposcit uehemens tamẽ dolor eius refrigerantia & soporifera requirit & contra. Cæterum te latere non licet ꝙ non q̄libet repletio neq; quelibet mala tẽperatura curatur per contrarium, uidelicet per euacuationẽ & per cõtrariationẽ seu ꝑ oppositã alterationẽ. Q̄m̄ sepissime usus optimi regiminis ad repletionẽ & malã tẽperaturã adhibiti satis sufficit.

¶Fen quartæ caput secundum de medicatione egritudinum ex malo temperamento ortarum.

SI mala tẽperatura sine materia fuerit. tunc ipsum temperamentum permutare tantũ debemus, sed si cum materia fuerit euacuabimus quidẽ et fortasse sola euacuatio satis erit ubi nulla mala tẽperatura ex ipsa materia ob eius ꝓcedentem infixionem relicta fuerit fortasse tamen id non erit satis, ubi uitiosa tẽperatura relicta fuerit: imo peracta euacuatione temperamentũ mutare oportebit. Ad hæc dicamus ꝙ mala tẽperatura uariis curatur morbis: nempe hæc uel erit iam infixa & tum eius cura fiet per cõtrariũ absolute, & hæc est absoluta medicatio. uel erit in fieri quã quidẽ corrigit ipsa medicatio facta cum preseruatione ut

gratia exempli absoluta medicatio est curare putredinem febris quartanæ medicaměto qđ ex uiperis conficitur theriacē uocant & tertianam potu aq̄ frigidæ, ut flaua extinguatur bilis.& p̄cautio est ut in quartana ueratro in tertiana scamonio purges cū per id, principiū futuræ accessionis uitare intendimus.Cumq; de aliqua egritudine ambigis utrū eius causa fuerit caliditas uel frigiditas & cupis id experiri nequaq̄ expiaris re modū excedēte:et aduerte ne imp̄ssio per accidens facta te decipiat. Scias quoq; q̧ equale est tēpus quo fit infrigidatio & calefactio.Verum maior est timor infrigidationis.quia calor est naturæ amicus in humectatione tamē & exiccatione æqualis est timor uerū ipsa hūectatio lōgius exposcit tp̄s.Humidum autē & siccū utrūq; eorum conseruatur a sua ualidissima causa,permutatur uero a uehementi causa sui contrarii,et calidum quidē adauget illis causis quarum mētio iam a nobis plene facta est. Deinceps quæ excrementa,& repletionem tollunt, & quæ obstructiones recludunt. Mox eo quod ipsum cōseruat, quod quidem est humidum æquale:frigidum uero ualidius redditur ob eius ualidas causas: & ob caloris suffocationem & per id quod ipsum uehementer dissoluit quod quidē est ipsa siccitas per se & caliditas per accidens.

Quicũq; aũt exupantẽ calorẽ aperientibus re/
mediis curare uelit ab ĩmodica infrigidatiõe
caueat ne in lapidescentem facultatẽ & opila/
tionẽ addat ab imoderata quoq; calefactione
abstinere debet, qm̃ malã temperaturã calidã
adaugeret sed sensim ꝓcedere debet, & ꝑmo
his q̃ detergũt. Ad id quod infrigidari debet.
Si aqua ordei & aqua endiuie sufficiat bene ẽ.
sed si id non satis sit tunc mediocria admini/
stranda sunt. Q. đ si ne hæc quidem satisfaciant
utẽdũ ẽ his quæ tenuẽ habẽt calorẽ intrepide/
q; id augere potes qm̃ maius est iuuamentum
infrigidationis, quod sequitur ex apertiõe eo/
rum, q̃ nocumentum supercalefactionis ipso/
rũ: q̃ qdẽ facile poterit extĩgui post reclusionẽ.
Immoderata autem extinctio coctionẽ acriũ
humorum uetat, etsi nõnulli huic aduersen/
tur snie cum ignorent ĩmodicam extinctionẽ
uires deiicere & præsertim, quæ per egritudi/
nem imbecilliores effectæ sunt & quãuis ma/
teria summopere corrigatur quandoq; tamẽ
relinquuntur post eã egritudines quæ ex ma/
la temperatura frigida ĩmateriali pendẽt, aut
cum materia cõtraria illi tẽperaturæ quæ cor/
recta fuit. Porro frigida tẽperatura cũ iam in/
fixa fuerit, uidetur quoquo modo esse diffici/
lis calefactionis, in principio uero ẽ ad modũ
facile uerũ infrigidare summe calidã, & si sit

difficile, facilius tamẽ est q̃ calefacere extreme frigidam. Q̃m extrema frigiditas ẽ ipsa mors naturæ, eiq; æquatur.

Scias ꝑterea ꝙ infrigidatio q̃nq; adiũgitur sicꝭ citati & q̃nq; humiditati nõnũq̃ uero ẽ expers utriusq;. Exiccatio autẽ frigiditatẽ iã factã foꝭ uet humiditas uero eã quæ nunc fit magis inꝭ ducit nõnũq̃ ꝑterea adiuuant siccitatẽ oẽs cau sæ caloris q̃ in extremo fuerint & nõnũq̃ oẽs causæ imoderatæ frigiditatis humiditatẽ adꝭ iuuant, neq; quicq̃ adeo efficaciter id efficit ut ociũ & assiduus usus lenium balneorũ, & ther marum hoc aũt totũ iam in prioribus sermoꝭ nibus notum fecimus uinum quoq; dilutum eximiam habet uim humectandi.

Scire adhuc debes ꝙ cum senex indiget refriꝭ geratione & humectatione, ad id nõ est suffiꝭ ciẽs id quod ad tẽperiẽ eũ deducat imo quod ad eius frigidam & humidã tẽperaturã in quã incidit transeat, & si sit ei accidentalis, est uelu ti naturalis. Nec te lateat qđ sepissime q̃n aliꝭ quã temperaturã imutare cupimus cogimur facere, quæ eam ualidiorem reddant, mixta cum re ei contraria ut cum cogimur uti aceto cum medicamẽtis calefaciẽtibus ob eorũ ĩbeꝭ cillẽ uim ꝑꝑ quã ad aliquã ꝑticulam penetraꝭ re neq̃unt itidem cogimur uti croco in mediꝭ camentis infrigidãtibus cor, ut ad ipsum perꝭ

ducat. Multotiens adhuc aliquod medicamen habet ualidiſſimam uim permutandi aliquã temperaturã: ſed ob eius tenuitatem nõ adeo immoratur ut ſuum peragat officiũ tunc igit̃ oportet ei admiſcere aliquid quod illud craſſius reddat detineatq; & ſi contrariũ ſue actionis id inferat, ut cum oleo balſamino cerã admiſcemus uel aliud ut in eo membro tãtiſper detineatur dum poſſit fungi officio ſuo.

℄ Caput tertium fen quarte. Quomodo & quando fieri debeat euacuatio.

DEcem ſunt ea quæ rectum, adferunt iudicium de euacuatione faciẽda, nempe repletio, uires, temperatura, habitudines corporis, & accidentia concurrẽtia, uelut ne illi quẽ ſoluere uis acciderit iam ſolutio alui. Q̃m in alui profluuio aluũ ſoluere periculoſũ eſt ad hæc ætates & tempus anni, & aeris cõſtitutio, & regiões & ↄſuetudo in eũone, & exercitia ſeu artes. Hæc inq̃ ſi ↄtrariũ affirmãdæ euacuationis indicẽt euacuationem quidẽ prohibebunt. Vacuitas nãq; euacuationem omnino prohibet Itidem & imbecillitas cuius uis triũ facultatũ. Verum quãdoq; p̃eligimus debilitatem alicuius uirtutis, potius q̃ nocumentũ qd̃ ſequi poſſet ex dimiſſione euacuationis: hoc autem in facultatibus ſenſus & motus, ſi confidamus rem periculoſam corrigi poſſe cũ acci

derit,itidem & in cunctis facultatibus fieri de/
bet. Temperatura ꝑterea calida & ſicca euacua
tionē prohibet.itidē frigida & humida quæ ca
loris eſt expers uel imbecillē habet calorē eua/
cuationē uetat.calida uero & humida eā ſatis
admittit. Habitus autem corporis idem facit,
nam immoderata macilentia et raritas corpo
ris,eam impedit ob timorē diſſolutionis uir/
tutis,& ideo cum rexeris aliquem imbecillū,
macilentum,qui multā flauam bilem in ſan/
guīe habeat, debes ipſi ea exhibere remedia q̄
urinam multiplicent & non euacuare ipſum,
cibabiſq; eum his quæ optimum ſanguinem
generant ad frigidum & humidum declinan/
tia. Sic enim fortaſſe temperamentū humoris
eius corriges. Immo forte roborabis ipſum &
tunc eūationes tolerabit itidem neq; ſis ꝓceps
in egro euacuādo qui ex uſu habet parum co/
medere ſi euacuationem euitare potes. Et qui
ſupra modum obeſus prohibendus quoq; eſt
ab euacuatione timentes tū ne frigiditas præ/
ualeat tū etiam ne caro uenas opprimat eaſq;
inanitas claudat & ſuffocet natiuus calor. Aut
ad uiſcera excremēta exꝑmat. Accidētia quoq;
mala ut prōptitudo ad aluiꝓfluuiū(q̄d diariā
uocāt)& ꝯuulſio euacuationē uetāt,& etates ī
feriores ītegro īcremēto & q̄ ad terminū ultimi
ſenii deuenerit. Tp̄s quoq; æſtiuū & ſup̄ modū

frigidum eam non admittunt. Regio ad hæc meridionalis admodũ calida satis ei obstat, cũ maior pars medicaminũ soluentiũ sint calida, cõiunctio aũt duorũ calorum intollerabilis ẽ. Adde etiã ꝙ uires sunt imbecilles, & laxe, & calor exterior trahit ad se humorẽ foras, medicamentũ uero intro, et sic ualidus accidet tractus qui ad pugnã ducet. Septẽtrionalis quoq; regio frigida, eadẽ uetat & qui parum ẽ assuetus euacuari. ab euacuatione etiã prohibẽdus est, Itidem & qui habẽt exercitia in quibus magna fieri solet euacuatio ut qui balneis subministrant & qui onera ferunt & tandem in quolibet exercitio laborioso abstinendum est ab euacuatione.

Porro scire debes ꝙ ex qualibet euacuatione quinq; desiderantur, Primũ quidẽ ut id quod 1
euacuari debet euacuetur, post quã p̃rsus euacuationẽ alleuiatio subsequatur, nõ lassitudo instrumentorum, aut caloris irritatio aut feb. diaria .i. ephemera, uel aliquis alius morbus qui subsequi solet ut intestinorũ abrasio, per alui solutionẽ & ulcera uesice, per urinæ euacuationem, nam etsi id iuuerit eius iuuamentum non percipietur immo fortasse statim nocebit donec accidẽs remoueat̃. Scd̃o ĩspiciẽdũ 2
est quo tẽdat: qm̃ nausea uomitu purgatur & dolor uẽtris p alui deiectionẽ. Tertio ut origo 3

membri sit in ea parte, ad quā uergit, sicut se habet interna uena dextri brachii ad iocinoris affectus, nō autem capitalis dextra quæ cephalica nūcupatur. Nam si in similibus errorem cōmiserit noxam afferet. Membrum autem ꝑ quod educitur ignobilius esse debet eo, a quo uacuatio fit ne humor ad nobilius tendat per exitumq; sibi naturalē id fieri debet, ut se habent membra urinaria ad gibbum epatis & intestina ad eius concauum. Prætetea membrū per quod fit expulsio, quādoq; est ipsummet membrum a quo euacuatio facienda est. Sed si in eo fuerit aliquis diuturnus affectus uel aliqua recens egritudo timendumq; esset ne humores super ipsum transirent: tunc oportebit eos alio deriuare quod sit conuenientius: imo quandoq; ueremur ne predominio hūoris in eo egritudinē pariat ut si ab oculo ad guttur repelleretur. fortasse enim in timorem angine nos ducet. Quo circa in similibus sensim ꝓcedendum est: imo ipsa natura quādoq; simili fungitur officio & euacuat per insuetā partem, cum custodire curet illud membrum qđ est imbecille & aliquando id quod natura euacuat a remota oppositaq; parte ambiguitatē affert, ut si a capite ad aluum aut crus & plantā pedis, id expellat: nā utrū ab uniuerso mēbro aut ab aliquo ei9 sinu id fiat nō uere scit.

Tempus euacuationis considerare oportet & Gal.adhuc.d.q̄ in diuturnis morbis expectan da est concoctio non in aliis. Quid autem sit concoctio iam nosti. Post concoctionem autē ante euacuationem exhibenda sunt attenuan- tia ueluti aqua hysopi aut satureie & semina. Verum in acutis quoq; morbis & presertim quietis consentaneum est coctionem expecta- re, Sed si mobiles fuerint tunc conuenientius est euacuationem materie accelerare. Quoniā lesio que ab eius motu prouenit longe maior est q̄ quæ ab euacuatione ante concoctionem, præcipue ubi humores fuerint tenues, & maxi me si in capacitatibus uenarum fuerint, & nō ingrediantur membra, At si in aliqua particu- la humor fuerit detentus, haud quaq̄ mouea tur donec concoctus fuerit & mediocrem sub- stantiam adeptus. ut ex locis propriis iam no- sti. Itidem si non fidamus uirtutem sustentari usq; ad tempus concoctionis, euacuabimus quidem eum humorem. prius tamen cognita eius tenuitate & craffitie. Q̄d si crassus & den sus fuerit nequaq̄ eum moueas, nisi prius ip- sum attenuaueris. Indicat autem ipsam crassi- tudinem nausea quæ precessit, & dolor tensi- uus sub precordiis, & ortus apostematum in uisceribus. Maxime autem animaduerten- dum est in hac re ne exigui meatus sint obstru

cti & post hæc omnia poteris aluū soluere an
te concoctionem.

Quinto uero contemplanda est quantitas rei
quæ euacuatur quod quidem ad considera-
tionem quantitatis materie uirtutisq; atq;
accidentium quæ post euacuationem rema-
nent attinet. quoniam si accidens aliquod eua
cuationem sequatur minus euacuabimus de
eo quod euacuare proposuimus nisi sperawe-
rimus succurrere illi accidenti quod euacua-
tionem subsequitur ut in conuulsione ex re-
pletione fieri solet.

Scias adhuc ꝙ dupliciter materia euacuatur
eradicaturq; a suo loco, uel enim per reuulsi-
sum ad cōtrariam remotamq; uel per deriua-
tum ad contrariam proximamq; particulam,
Conuenientius tamen tempus quo id fieri de-
bet, est dum nulla est in corpore repletio neq;
humorum redundantia ullo pacto. Subiicia-
tur igitur ut a supremis partibus oris alicuius
uiri immodice sanguis profluxerit uel ab hæ-
morroidibus alicuius mulieris, immodera-
ta sanguinis copia effluxerit cogimur omni-
no aut ad partem uicinam oppositam redu-
cendo. & tunc recte reuocabitur materia. in
primo quidem exemplo ad nares, in secundo
uero ad locos, menses reuocādo. At si ad remo
tam partē oppositam reuellere cupimus, tunc

in primio exemplo per infernas. In secũdo uero per supernas uenas & corporis particulas sanguinem euacuabimus & cum ad remotam partem fit auersio, non debet per duas diametros remoueri: sed tantum per unam diametrũ que longinquior sit: nam si materia in supremis partibus dextri corporis fuerit nequaquã ad infernas sinistri reuocabis, ímo ad eiusdem dextri infernas partes retrahes quod profecto cõueniẽtius est aut ad sinistras supremas si tãta fuerit distantia quãta inter flexuram & flexuram dũmodo res non sit ut in duabus capitis partibus: nã si in dextra capitis parte materia insederit ad infernam nõ ad sinistram capitis partẽ trahes. Cœterũ cum ad locũ remotũ materiã reuellere intendis mitiga prius dolorẽ loci affecti. sic enim minor fiet tractionis uiolentia, cum dolor ipse trahat, At cũ grauiter trahitur ad locum, ad quem trahere cupis nõ properes importune, fortasse enim huiusmodi urgens infestatio mouebit materiã, eamq; attenuabit & nõ trahetur ímo ad affectum locum facilius reuocabitur. Nõnũq̃ præterea satis erit tibi retrahere. & si eã non euacues: quoniam ípsa retractio prohibet materiam cõuerti ad mẽbrum quãuis non extrahat eam. Sola enim auersio ipsa fungitur officio proposito: etsi ea nihil euacues: immo suffici

et tibi si usus fueris de uinctiōe oppositorum membrorum cucurbitularumq; defixiōe aut medicamenti, que rubificantia uocant & ut sũ matim dicam, quibusuis dolorem inferentibus remediis. Materie rursus quæ facilius uacuantur sunt quæ in uenis existunt mox que ĩ membris, & artubus. Maxima nanq; cum difficultate ex his extrahi atq; euacuari possunt: nec fieri potest qn cum illis aliquid aliud euacuetur. Ad hæc qui euacuatus est non debet festinare ad cibos multos ac crudos capiendos quoniã natura eos incoctos trahet ꝙ si aliqua ui cogimur id facere id quidem sensim ac paulatim fiat adeo ut ordinate res procedat & qđ corpus ingreditur sit optime concoctum.

Porro uene sectio est humorum eque auctorum propria euacuatio. Sed propria euacuatio, quæ debetur humori sua quantitate tantũ exuperãti aut sua q̃litate corrupto, est aliud a uene sectione. Omnis præterea euacuatio immoderata solet utplurimum feb. ĩducere. Cũq; ex detentione alicuius fluxionis consuete, aliquis malus subsequatur affectus, eãdem reuocare euacuationem, curatio utplurimum ẽ ut si aurium sordis aut narium mucci detẽtio uertiginem induxerit, proculdubio eorũ eductio eam tollent. Nec te lateat ꝙ minus nocet relinquere aliquod residuum humoris, q̃ eua

cuatiõe indiget q̃ exquisite eum euacuare, uel egrum eo perducere ut uires debilitētur quoniam ipsa natura tale residuum sepissime soluere solet. Et ubi humor in genere perseuerauerit conuenienti, egrotásq; eum bene fert ne timeas exuperantiam, & fortasse eris coactus euacuare usq; ad animi deliquium. Et si quis uires ualidas habeat, materia tamen humorũ uiciosorum eius, admodum exuperans fuerit uberrime euacuari potest. Sed qui uires imbecillas habet, humorumq; malorum eius materia, multa fuerit, tunc sensim eum euacuare oportet. Itidem si materia ualde hereat, aut cum sanguine ualide mixta fuerit is semel euacuari nequit, ut fit in coxendice & in articulorum doloribus diuturnis, & cancro inueteratáq; scabie diuturnisq; tuberculis. Scias præterea q alui solutio trahit a partibus superioribus & eradicat ab inferioribus. Expedit igitur utriq; tractui conuenienti uidelicet & opposito. cõuenit adhuc & post materierum quieté. Et cum materie in superioribus partibus fuerint, & ad oppositum trahit & a loco ubi sunt eas euellit. Vomitus uero & attractionem & euulsionem opposito modo efficit. uene sectio uero uarie se habet iuxta loci uarietatem ubi sanguis existit, ut iam nosti. Ille præterea minus euacuatione ídiget qui optimo utitur

nutrimēto optimeq; concoquit & qui regiones inhabitant calidas.

Caput quartum ſen quartæ de regulis quæ uomitui & alui ſolutioni ſunt cōmunes deq; modo quo uomitiuū ſolutiuumq; trahant.

SI qs alui ſolutione uel uomitu uti deſiderat debet ſuū diſpartiri cibū, & quantum uno die ſufficit ei, bis idē reſumat uarietq; cibaria potioneſq;. fiet enī ex hoc ut uētriculus ſi qd in ſe cōtinet id ſuſq; deq; expellere cupiat. At ſi cibus nec uarius neq; ſup aliū appoſitus fuerit uētriculus pfecto eum tenaciter retinet eūq; cuſtodit uehemēterq; eū amplectit́ pſertim ſi exigue fuerit q̄titatis. Qui uero lenē habet aluū, nullū horū agere debet. Nec te lateat φ q bono utit́ regimine nō cōtigit eū īdigere uomitu uel alui ſolutiōe, uel aliis ſimilibus. Nam bonum regimen aliquid aliud his leuius deſiderat. Immo forte ſi quis diligens fuerit in hac re ſufficiet ei deambulatio & frictio & balnea. Qđ ſi eius corpus repletum fuerit profecto huiuſmodi uiri repletio: utplurimum ex optimo humore erit: hoc eſt ex ſanguine huic ergo uene ſectio magis neceſſaria eſt pro eius purgatione non alui ſolutio. Porro ubi neceſſitas nos cogit uenam incidere, & aluū ſoluere uelut cum ueratro & aliis fortibus medicamentis tunc a ſanguinis

Al. lr̄a uariis uicib9 ul' duplum

missione inchoandũ ẽ.hoc.n.est Hip.preceptũ ĩ lib.de morbis passim grassantibus & est profecto uerũ. Itidem si cum sanguine:pituitosi humores ĩmixti fuerit quibus fortasse uene sectio crassitiẽ & lentorem addiderit tunc ab alui solutione inchoãdum est,& ut summatim dicam,cum humores equales fuerit prepone phlebotomiã deĩde euacua. Sed si inequales. euacua prius excrementum donec equentur, deinde uenam incide.Ad hec ubi preponenda est sanguinis missio & aliquis pharmacũ premiserit,paucis diebus expectare debet. At cui recens uena secta fuerit,& euacuatiõe indiguerit,exhibere ei pharmacum cõuenientius erit. Multoties uero exhibere pharmacum, ubi uene sectio conueniret febrem una cum perturbatione introducit,quæ quidẽ si adhibitis remediis sedatiuis,non sedetur,tunc non ignorabis fuisse necessariũ ꝑponerẽ sãguĩs missionẽ. Nec requiritur quelibet euacuatio,ob immoderatam repletionem:immo quandoq; affectus magnitudo repletioq; secũdũ qualitatem non secundum quantitatem eam exposcit.Se pissime adhuc aliqua necessitas cogit euacuatione uti,&aliquid eam prohibet nulloq; alio ingenio uti potest q̃ inedia & sõno atq; correctione tẽperature quã repletio inducit. Cœterum aliqua est euacuatio qua ĩ precautionẽ

utimur

utimur ut est illa qua indiget is qui podagra & comitiali morbo uel aliis corripi certo tp̄e solet & presertim tēpore ueris. Tunc ergo ante illud tempus debet se preparare & euacuatione sue egritudini ꝓpria uti, siue sanguinis detractione siue pharmacia & fortasse administratio exiccantium exterius & exiccatiua medicamina aliquo euacuatiōis officio fungunt̄ ut his qui aqua inter cutim laborant administrari solēt. Nōnunq̄ ꝑterea oportet te uti medicamēto simili in qualitate humori euacuando, ut scamonio cum flauā bilem euacuare cogaris, tunc igit̄ ei admisceri debet id quod sua qualitate ei obstet, & ut in solutiōe cōueniat, uel quod nō ꝓhibeat eius solutionē ut sunt mirobalani malāq; tēperaturā si qua orta fuerit ab eo post illud corrigat. Porro q uiscerū seu stomachi ac intestinorū apatibus laborāt moleste ferunt solutionem & uomitū. Q.d̄ si hoc indigeāt da eis lupulos & cartamū & aquā polipodii & cassiam fistulā & his similia. Inquit Hip. Macilentos & ad uomitū faciles purgandos esse per uomitum. hoc aūt fiat estate uere aut autūno non hyeme. Sed qui mediocriter carnosus fuerit cōueniētius est eum per īferiora purgare. Q.d̄ si res urgeat ut uomitu euacuemus ad estatem differre debemus. Cauendumq; est ab eo nisi ubi magna urgeat necessi

tas. Attenuatio præterea humoris quẽ euacua re uolumus solutioni ac uomitui preponẽda est itidẽ & meatuum dilatatio reclusioq;. hoc enim fidimus corpus nullũ laborẽ esse passu rũ. Cæterum scire debes q̃ assuescere naturam ut reddat lenis & facilis ad id quod cupis uide licet ad uẽtris solutionẽ, uel uomitũ anteaq̃ ex hibeat solutiuũ uel uomitiuũ ẽ regimẽ pspe. Ad hæc uẽtris purgatio, atq; uomitus ubi gra cilitas uẽtris adsit, difficilis quidẽ ac laborio sa & periculosa. Porro uomitiuum medica mẽtum efficit solutiuũ cũ uentriculus ualidã habuerit uim aut ubi post uehemẽtẽ famẽ ex hibitũ fuerit, uel si ille cui exhibitũ est solutus sit, uel natura lenis aut ad uomitum insuetus aut q̃ illud medicamentum sit grauis substan tie, facile descendẽs. Solutiuũ uero reddit uo mitiuum ob stomachi imbecillitatẽ aut imo deratã excremẽti alui siccationẽ, aut qa medi camẽtũ id abominabile ẽ, aut q illud sũpserit nauseã patiat. Cũq; aliquod solutiuũ medica mẽtũ nihil uel aliqd incoctũ soluerit. humorẽ soluẽdũ mouet & eũ p corpus dispgit corpo riq; dominat & alii hũores in eum conuertũ tur: & talis humor in corpe multiplicatur. Est pterea in corpe aliqs humor q facile uomitui cõsentit utplurimũ. sicut flaua bilis: aliqs uero cum difficultate ut atra bilis, quidã utrũq; ha

bet ut pituita. Ad hæc febriēs alui purgatione potius q̄ uomitu uti debet, q aūt humorē ha/bet deorsum descēdētē ut q lenitate intestino/rū, quā lienteriā dicūt, laborat ꝓhibitus est ei uomitus. Porro inter cætera medicamina sol/uētia illud certe deterius ē quod tēpore solu/tiōis ex medicamētis maxime diuersis constat qm̄ solutio ꝑturbat̄: & primū anteq̄ secūdum soluet & forte primū substantiā secūdi soluet. Quicūq; præterea solutiōi alui uel uomitui se cōmittit cū purū habeat corpus īpossibile ē qn & capitis uertiginē uētrisq; tormina atq; inqe tudinē patiat̄, & qcqd euacuabit̄ ab eo id pror sus maxīa cū difficultate purgabit̄. & ut unico uerbo dicā. Quotiēscūq; solutiuū medicamen tū excremēta expurgat nullā cōseqt̄ ipsū ꝑtur batio. Sed cū incepit ꝑturbatio. idꝑfecto aliqd aliud q̄ excremētū euacuat. Cūq; hūor q ꝑ uo/mitū uel aluū euacuādus ē, in aliū cōuertatur hūorē corp9 ꝑfecto īdicat eē expurgatū ex illo hūore, quē euacuare desideramus. Sed si ī ab/rasionē & qd nigrū fetidū uertat̄ tūc malo ē. Præterea ubi sōn9 post solutionē inualuerit si gnificat corp9 eē exacte purgatū ꝑ talē eūatio/nem, & contulisse. Nec te lateat ꝙ si post solu/tionem uel uomitum. sitis inualuerit ꝙ per/fectam ac exquisitam optimamq; purgatio/nem significat. Scias adhuc ꝙ solutiuum

vide Mesuem The aromate 4 cap. 6

medicamen soluit ui tractiua qua ipsummet humorem trahit & fortasse trahit crassum hu morē:& tenuē relinquit, ut quod atram bilem soluit efficere solet nec recte locutus est qui di xit illud medicamen generare id quod trahit uel ꝙ tenuius primo trahat. Tametsi Gal. sen/ tentia hæc sit absolute tñ.d.ꝙ illud solutiuum quod nullam habet beneficam uim si non sol/ uerit, sed in nutrimētū conuertatur ꝙ generat humorē quē trahit: sed hæc sentētia non ē om nino probanda. Verum ut ex sentētia Gal. col/ ligi potest uidetur ipse cēsere ꝙ inter medica/ mētū trahēs & humorē tractū sit quedā simili tudo in substātia, & ideo trahit: quæ quidem sentētia nō uidetur ueritati cōformis, Nam si tractio fieret per similitudinē ferrū certe ferrū traheret quādo illi dominaretur & aurū iti/ dē aurū attraheret ubi sua quātitate illi preua leret. Verūtamē huius inquisitionis finis ad ali um q̄ ad medicū pertinet. Secundū adhuc est ꝙ attractio humorū quæ fit per potionē solu/ tiui medicaminis uel uomitiui per easdem fit uias, per quas pulsi fuerunt donec ad intestina & uentriculum perueniāt, ibiq; natura moue/ tur ut foras propellat. Raro tamen accidit ut per potionē solutiuā, ascendant ad stomachū, quod si ascēderint ad uomitū quidē euocabū/ tur, duabusq; rarionibus non fit ascēsus ad sto

machũ. Prima quia solutiuũ medicamentum cito penetrat ad intestina. Secũda uero qa tempore potionis pharmaci solutiui natura festinat expellere ex uenis mesaraicis nũcupatis, deorsum non sursum. est enim id & ꝓpinquius atq; facilius. Adde etiam ꝙ subsequentia, ea q̃ precesserunt impellunt. hoc autẽ maxime mouet naturã ad expulsionẽ ꝑ propinquiorẽ uiã & si medicamen haberet uim tractiuam nõ cõiunctam ipsi humori, tunc uis naturæ expultricis deberet magis preualere ĩ corpore sano, ac robusto. Accedit ad hoc quia medicamẽ trahit illũ ad propriã uiam. At uomitiuũ medicamen cõtrario modo se habet: nã cũ in uẽtriculo est inibi moratur & humorẽ trahit ad se ex intestinis, suaq; ui & resistentia naturali uirtuti dominatur. Scire adhuc debes ꝙ maior attractio humorũ quæ fit ꝑ medicamentorũ solutiuorũ tractũ, est in uenis nisi ualde uicinum extiterit. tunc enim ex eo & in uenas & nõ uenas humor trahitur ut in humoribus qui in pulmone sunt fieri solet. hi enim per uiciniorem uiam trahuntur ad uentriculum & intestina, quãuis nõ permeant per uenas. Item scias ꝙ sepissime exiccatio quæ fit cum medicamentis exiccantibus est causa euacuationis humiditatum, a corpore ut in aqua inter cutem fieri solet.

Al. lr̃a attractio ꝑ nares

¶ Caput quintum fen quartæ sermo de pur/
gatione & eius regulis.

IAm antea nobis traditū ē oportere corpus
ꝑparare ad recipiēdum solutiuū medicamen
anteq̄ exhibeatᷣ amplificatiōe meatuū lenitio
neq; alui & ꝑsertim ī frigidis affectibus. & ut sū
matī dicā. añ uētris solutionē lubricū facere ē
optima regula in q̄ maxima fiducia hñda est
ꝑterq̄ in his q admodū pati sunt ad alui fluxū.
in his.n.nihil tale agendū est.qm̄ īmodici ꝓflu
uii piculū esset, Hoꝝ ergo solutiuo medicami
ne admiscendū est aliquod uomitiuū, ne festi/
net descendere a uētriculo anteq̄ ꝑficiat offi/
ciū suū. Immo equetᷣ in eo uis utriusq; medi/
caminis & solutiuū agat suā actionē uomitiuū
q; suo fungatᷣ officio illi opposito. Cæteꝝ bal/
butiētes sunt fluxui uentris expositissimi ideo
q; fortissimū medicamen solutiuū nō ferūt &
utplurimū eoꝝ solutio ꝓuenit ex fluxionibus
capitis, piculosum ꝑterea est sumere pharma/
cū solutiuū manētibus siccis excremētis ī ītesti
nis. sed debent prius educi siue clysteri siue ali
quo lenitiuo iure. uti ēt balneo ante solutiui
pharmaci potionē ꝑ aliquot dies ē ex ꝑparatiuis
remediis, ꝑsentaneis nisi aliq̄d īpedierit, Sed ī
ter balnea & pharmaci potionē exiguū debet
ītéresse īteruallū nec post pharmaci haustū, de Al. lia
bet balneū īgredi: qm̄ materiam ad exteriora calorē

euocat. Conueniret tamen ubi alui fluxionē sistere curaremus. Sed hieme nihil incōuenit primā domū balnei īgredi ubi ei9 calor haud q̄q̄ possit trahere. sed lenire & ut uerbo dicā. Aer ubi uersat̄ q pharmacū sūpserit ad exiguā caliditatē declinare debet ne sudet neq; molestia afficiat̄. hoc. n. inter ea q̄ p̄parāt numerat̄. Itidē & frictio & inūctio ex oleo p̄paratiuū est remediū. At q pharmaco non fuerit usus neq; ip̄m potauerit nequaq̄ debet medicus exhibere ei medicamina uehemēter soluētia. Qui uero repletiōe tenent̄ hūoribusq; glutinosis ac tētione in p̄cordiis laborāt & q in uiscerib9 inflāmationē & opilationes habuerint nulla est eis exhibēda potio donec id leniētibus alimentis, balneo ocioq; & dimissiōe re℞ quæ moueant & inflāment corrigat̄. Porro qui aquas stagnales bibunt ac lienosi fortia desiderāt pharmaca. Adhæc si qs ualidum hauserit pharmacum satius erit post illud dormire anteaq̄ operetur: quoniam tunc melius suo fungetur officio. Si uero debile id fuerit satius erit a sumpto pharmaco non dormire: quoniam natura medicamentum id concoquet. Sed cum pharmacum incipit operari utcunq; fuerit tutius est non superdormire neque debet moueri super potionem pharmaci sed quiescere ut ipsum natura amplectatur agatque in

ipsum:nā nisi in ipsum agat id in naturā non aget.Odorare tamen debet quæ nauseā prohibēt ut mētam & rutam & apium & citoniū & terram lenniam rosacea aqua respersam pauco addito aceto & si ob odorem pharmaci rēnuat illud haurire claudat nares.Debet pterea q a medicamēto abhorret aliqd tarcon (qđ pyrethrū a nōnullis esse credit̃)mandere ut oris facultatē stupidam reddat.Quod si uereatur ne medicamētū euomat extrema deligere debet & post potū statim aliquod habens astringēdi uim sumat.Cæterum his quādoq; medici catapotia melle obuoluūt nōnūq̄ melle.Zucchāro decoctis,adeo ut indumēto quodā oblinantur.Est quoq; coueniēs industria ea cera liniri. Ex industria adhuc est īplere os aq̄ uel aliquo alio deinde catapotia ut sūt deuorare aut aliqua alia industria uti totumq; id ita deglutiat ne a medicamine quis afficiatur.Decoctum aūt debet tepidū potari. Catapotia uero cū aqua tepida deglutire licet.Ad hæc qui pharmacum haurit uētriculū atq; pedū plātas calefacere debet & statim ipsum sumere. Sed postquā animus quieuerit ambulet ac sensim moueat̃ qm̄ huiusmodi motus satis iuuat,paulatimq; aquā calidam hauriat quātitatem tamen qua nec medicamētū soluat neq; ipsum educat eiusq; uim hebetet nisi ubi urgeat ne

Al. līa deest apiū

ceſſitas fluxionem alui detinēde. Potu adhuc aque calide euitamus leſionē pharmaci. Præ/tera qui calidi tēperamenti eſt debiliſq; conſtitutionis & imbecillis uentriculi & uult pharmacū ſumere debet antea bibere quale ē aqua ordei uel uinum granatorū & ut ſummatim dicā, aliquod alimētū tenue facilis cōcoctiōis uentriculo preponat. At ſi non ita ſe habuerit ſatius eſt ut ieiunus pharmacū hauriat. Porro qui eſtate ſoluitur in feb. incurrit. Et qui pharmacū ſūpſit ñ debet comedere neq; bibere donec pharmacū ſuum perficiet officiū neq; poſt eius ſolutionē dormire licet, niſi fluxum ſiſtere uolet. Et ſi eius uentriculus non ſuſtinuerit inediam, eo quod bilioſus ſit facileq; ad eum bilis cōfluat: aut quia iā diu precautiōe inedia uſus fuerit tum debet exhiberi ei panis pauco uino maceratus, poſt pharmacum, ante purgationē. hoc enim fortaſſe adiuuabit pharmacū. Nec anum aqua frigida: ſed calida abluere debet. Quidā dixerūt ꝙ catapotia deuorāda ſūt cū aliquo decocto eorū nature rñdente ueluti catapotia q̄ flauā purgāt bilē deuorāda ſūt cū decocto fumiterre & que atram cum decocto epithymi & filiculi & id genus aliis & quæ pituitā educūt cū decocto cētaurii. Cæterū cum aliquod corpus ſiccum duram habēs carnem aliquo forti medicamine euacuare uolueris ut

Al. lr̄a uomitu

Al. lr̄a calide eſtate

ueratro & id genus aliis ualida humectatione prius utendũ est, cibis scilicet pinguibus. Tandẽ fortia medicamẽta purgatiua magnũ minitãtur piculũ ut est ueratrũ corpori nãq; ĩtegro cõuulsionẽ adfert, plethorici uero corpis hũores motu periculoso cõmouet & simul ad intestina trahit quod nauseam excitat.

